18. 30.

Amplissimo Consultissimoque Viro,
GOTTLIEB CORTIO,
S. P. D.
IO. Guilielmus Bergerus

Membranam Plinij, quam petis, accepit a me nuper Quelius, Vestphalus, qui nunc in itinere Gallico uersatur. Sic enim futurum, dixi amicis Tuis, humanissimis atq. eruditissimis, qui, Lipsia profecti, me inuiserunt. Vehementer igitur doleo, Tibi a me, pro eo, ac uellem, officium praestari non posse. Tanto autem magis opto, ut, quae literarum caussa molitis, et prospere Tibi cedant, et plurimum uel utilitatis afferant uel dignitatis. Vale. Vitemb. XV Kl. Maias, CIↃ IↃ CC XXIX

Propere